



1736, 9

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANVS,  
CONR. WILHELMVS  
Strecker/ JCVS,

PRÆLAVDATÆ FACULTATIS, ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-  
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS  
PRIMARIVS ET CONSVL,

AD  
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

*ad Nov. 118. C. 1.*

ET  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM XI. JVLII MDCCXXXVI.*  
LECTOREM BENEVOLVM  
PERHVMANITER INVITAT.

---

ERFORDIÆ,  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.





FACULTATIS IURIDICAE  
DECANVS  
CONR. WILHELMVS

PRAEFATAE FACULTATIS ET IUDICII  
HONORABILIS PATRIS MAGISTRI  
JOHANNIS CHRISTOPHORI SECKENDORFII

AVDIENDAM SEQUONTEM EXORDIUM


DISSERTATIONEM INAUGURALEM

LECTOREM PUBLICUM  
PRIVATIM INUITAT

A. 1708  
JOHANNES CHRISTOPHORI SECKENDORFII  
A. 1708






  
 S \* \* \* \* \* S
   


**Q**uam varium, multiplex, quamque perplexum, ac proinde comprehensu difficile olim jus Successionis fuerit, ex iis, quæ sub multis Institutionum, Codicis, atque Pandectarum titulis hac de materia descripta leguntur, facile colligere licet; Admodum enim tenaces fuere *LL. XII. tabul.* in concedendâ successione ab intestato, hæredes suos & agnatos solos, emancipatis omninò & cognatis exclusis, licet matris, liberorumque nomine venerint, hæreditibus beabant, illam tamen tenacitatem suspensæ Prætorum tabulæ atque edicta satis nota, unde liberi, unde legitimi &c. mitigabant, matrem in successione liberorum adjuvabat *SCtum Tertyllianum*, Orphicianum in materna Successione liberis, & constitutiones aliæ aliis hæredibus erant subsidio, quæ omnia interpretes ad *tit. Inst. de Agnator. success. ff. de suis & legit. de bonor. possess. C. de legitim. hered. & t. t. Commun. de success. fufius* pertractare solent. At ista discrimina, variique juris subsidia elegantissima & compendiosissima *Iustiniani Imperatoris* novissima constitutio, quæ de hæredibus ab intestato venientibus & agnatorum jure sublato, rubricata est, penitus ferè antiquavit, tresque succedentium ordines, unum nempe descendentium, ascendentium alterum, & tertium eorum, qui ex latere & transverso conjuncti sunt, saluberrime constituit.

\* 2

Præ-



Prærogativa gaudent descendentes, ad quos amor fortissime descendit, iisque ex voto paramus, in his post mortem quodammodo vivimus, & memoria nostrum conservatur, his omnia, quæ nostra sunt, ex naturali ratione tanquam lege quâdam tacitâ debentur, atque ita, ut nullus amplius ad patriam potestatem, sed ad solam vinculi naturalis causam, habeatur respectus, quamvis Interpretes inter suos & emancipatos, non quidem quoad hæreditatis delationem, sed quoad transmissionem adhuc hodie discrimen agnoscant HILLIGER *ad Donell. Lib. 9. C. 2. lit. c.* Sic sui ipso jure hæredes existentes hæreditatem, cui nondum sese immiscuerunt, ad omnes indifferenter hæredes transmittunt; Liberati vero à patriæ potestatis vinculo hæreditatem nondum aditam, non nisi jure sanguinis, ad solos descendentes devolvunt, STRYK. *de S. A. J. diff. 7. C. 2. § 3.* Sexui sequiori præprimis inimicæ erant leges antiquæ; At Prætor primò misericordiâ motus fœminas in ordine cognatorum ad successionem vocabat, majorem ex post meruere favorem ex Constitutionibus Valentiniani, Theodosii & Arcadii, vi quarum in ordinem & liberorum & agnatorum admittæ sunt, sed cum cujusdam partis diminutione, nimirum tertiæ inter liberos & quartæ inter agnatos, quæ pars hæredibus suis, agnatisvè accrescebat *L. 9. C. de suis & legit. L. 4. C. Theodos. lib. 5. tit. 1.* Tandem ipsarum plenè misertus est Justinianus, qui in constitutione novissima, puta, *Nov. 118. C. 1.* diversitatem sexûs in successione plenarie sustulit, iisque paria cum masculis jura in succedendo concessit; Sunt etenim pluribus suavia ad propagationem generis humani necessaria instrumenta-



strumenta, multarum calamitatum tam in- quam extra  
matrimonium obnoxia, adeoque ne ex justo dolore ob  
quasi agnatam iis imperfectionem & fragilitatem in  
ipsam naturam invehant, à multis æqualis cum ma-  
sculis successio earum non improbat, quamvis BA-  
CHOVIVS ad §. 15. I. de hered. que ab intest. n. 1. & 2.  
parilem illam Justiniani Imperatoris complanationem  
admodum increpet, ex ea potissimum ratione, quia,  
fœminis & inde venientibus æqualiter cum masculis  
& agnatis in successione admissis, potentiores familiæ  
in Reipublicæ detrimentum enervarentur, vilescerent,  
& ob bonorum dismembrationem familiæ alioquin  
metuendæ splendor obfuscaretur. Ex his aliisque ra-  
tionibus, ut agnationi & familiæ prospiciatur, multis  
in locis adhuc hodie per fideicommissa, Primogenitu-  
ras, Majoratus, Senioratus, confraternitates, & statuta  
filix, & sorores nubentes, item Religiosi, & Religiosæ,  
acceptâ dote congruâ, ab hæreditate paterna, frater-  
na & materna excluduntur. Eandem observantiam à  
multis sæculis ex legibus Alemannorum, Ripuariorum,  
Saliorum, Anglorum &c. deductam inter Nobiles Im-  
perii immediatos obtinere defendunt GAUDENT. *diff.*  
*de success. feminar. ex LL. Longobard. lib. 2. tit. 14. §. 15.*  
BYRGEMEISTER *in Statu equestri C. 21. pag. 458.* eam-  
que ex qualitate prædiorum militarium, eorumque di-  
tributione regia inter solos milites facta deducit KNIP-  
SCHILD. *de nobilitat. Imper. lib. 3. C. 12.* Quamvis id  
aliter in regula procedere non videatur, quam si fœmi-  
næ sorores successioni in bona avita, paterna & frater-  
na erga dotem congruam juratò renunciaverint, qua  
renunciatione facta tamen, fratribus una cum mascu-  
lis



lis descendentes extinctis ad renunciata, collatis iterum conferendis, admittuntur, FROMMAN. *Diss. vom ledigen Anfall per tot.* Extat equidem Statutum Equestre de anno 1653. vi cuius filia nobiles, dote constituta vel cautâ, tam ratione bonorum avitorum, patrum, & fratrum, quam ratione matrum & immobilium & mobilium, praesentium & futurorum, Kleinodiis & vestibus maternis exceptis, ipso iure cum reservatione tamen regressus, pro renunciatis haberi debent, atque de huius statuti validitate quidam frustra disceptari autumant, cum id ipsum in Classibus Equestribus Sueviae ad Nicrum & Cocharum consensu & subscriptione omnium membrorum fuerit corroboratum, & huius validitatem dudum propugnârit Jcti Turingenses. vid. HARPPRECHT. *de success. ab intest. tr.* 7. n. 141. *seqq.* Attamen cum hoc statutum Augustissimi Imperatoris confirmationem adhuc desideret, suadenda est tutior via, ut filiae Nobiles & illustres congruenter dotatae, praevia renunciatione jurata, a successione omnimoda arceantur. De qua successione materiam, praesertim quae de successione Ascendentium & Collateralium in medium proferri potuissent, occasione *Nov. 118. C. 1.* publice ex cathedra fusius disseret

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DN. ADAMVS HEINRICVS  
SCHMIDT,

Cujus vitae cursum, pro more recepto, brevi narratione recensimus. Diem quippe natalem habuit Suinfurti pridie Idus Decembris M DCC II. Patre Viro Nobilissimo,



liffimo, Ampliffimo atque Experientiffimo JOANNE  
HEINRICO SCHMIDIO, Med. Doctore & Physico  
primario, nec non Confule & Sexviro Reipublicæ Suin-  
furtensis. Matre vero MARIA SVSANNA, filia Domi-  
ni CHRISTOPHORI SCHMIDTII, Phil. Mag. & Ar-  
chi-Diaconi Ecclefiæ Suinfurtensis. Per quos paren-  
tes ad Scholam & Gymnafium Suinfurtense adductus,  
ibi in Philofophicis ac primis juris principiis imbutus,  
tandem Anno M DCC XXII. mense Aprili ad Acade-  
miam Giffenfem miffus fuit, ubi D. Profefforem MAS-  
SON ad Jus Naturæ, D. Vice-Cancellarium LVDOVICI  
ad Inftituta & Pandectas, D. Prof. WEBERVM ad Jus  
publicum & feudale legentes audivit. Abinde Halam  
proficifcens, illuftri THOMASIO in fuis publicis colle-  
gijs, GVNDLINGIO in Historia Imperiali & publicis, &  
Dn. D. & Prof. BOEHMERO in fuis pandectis, jure  
canonico & constitutione criminali, & tandem D. D.  
GREIPHIO in practicis auditorem humilem æque ac  
cupidum fe fe exhibuit. Abinde Wezliam fe fe con-  
tulit, ubi per quadriennium in praxi camerale verfatus  
fuit, donec propter res domesticas in patriam revoca-  
tus Advocaturam ordinariam, datâ prius fide juratâ, Ao.  
M DCC XXXIV. fufcepit. Peracto tandem felici &  
Theoreticorum & Practicorum ftudiorum curfu peran-  
tiquam noftram Univerfitatem accedere lubuit, Licen-  
tiæ Publicæ in utroque jure gradum fibi legitime con-  
ferendum ab Ordine noftro modeste petiit, ejus peti-  
tioni annuere non dubitavimus, ac proinde textus ex  
utroque jure resolvendos ei communicavimus, quos  
folide refolvit, & in ipfo examine rigorofo talem, qua-  
lem omnino expectavimus, fe nobis exhibuit; quare  
non



non dubitavimus, communibus suffragiis eundem ad  
supremos in utroque jure honores capeffendos dignif-  
simum judicare. Cathedram proinde ei aperuimus, ex  
qua proximo die Mercurii XI. Julii a. c. ad *Nov. 118. C. 1.*  
lectionem cursoriam, eaque finita Disputationem In-  
auguralem

DE

INTERPRETATIONE PROXIMITATIS  
GRADVS QVOAD SVCCESIONEM IN BO-  
NIS EQVESTREBVS REGRESSVI OBNOXIIS  
RESPECTV COLLATERALIVM ET DESCEN-  
DENTIVM OCCASIONE RECESSVS IN FAMI-  
LIA DN. BARONVM DE MARSCHALK  
INITI,

habebit. Ad quos actus solennes Magnificus Univer-  
sitatis Rector, omnium Facultatam Domini Decani,  
Assessores & Professores reliquique Cives Academici,  
ea, qua par est humanitate, invitantur. Publ. sub Si-  
gill. Facult. Jurid. die 8. Julii M DCC XXXVI.





ULB Halle

005 355 699

3




*Sb*


*VD18*











Farbkarte #13

B.I.G.

1736, 9

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANVS,  
CONR. WILHELMVS  
Strecker/ JCVTS,

PRÆLAUDATÆ FACULTATIS, ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-  
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS  
PRIMARIVS ET CONSVL,

P 552

AD  
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM  
*ad Nov. 118. C. 1.*

ET  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM XI. JVLII MDCCXXXVI.*  
LECTOREM BENEVOLVM  
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

